 potueris.

¶. 34. T Ribuit nobis Deus intellectum, ut esset re-
 luctus & examinatus corum omnium
 quia nobis occurserunt, ut eo modo rationem
 scienciam & comprehendendem corum quia cog-
 noscamus, sicutque tanta haec efficacia apud
 veteres Philosophos: ut hoc proprium esse dice-
 tur omnibus bardis & ignorantibus qualibet

sibi proposita credere, ad hoc nulla convictis ra-
 tione: quoctera ille tantum inter ipsos nomen fe-
 rebat sapientis qui res ex principijs eius causisque
 cognoscet: ita ut dando omnium rerum ratio-
 nem, debeat intellectus nequam filtrere, donec
 illas ad eum principia causaliter reduxit: De
 Aristotele refertur, dum die quoddam in manus e-
 ius liber Genesis incidere a Moysi conscripsus,
 coepit primam illam euolnere propositionem: In Gen. 1. 1.
 principio creauit Deus celum & terram, & ultra
 progediens sperbat hanc propositionem ratio-
 nem confirmari, quam cum non reperiret, hibrum
 abducavit in haec verba: Bene auissem rusticus, si
 probaret. Itaque donec perueniat ad rationem eius Sed tamen
 quod proponitur, nullus est Eurus humano inge-
 rum in inquirendo velocior. Et quamvis ut vecum turulum
 &c. fateretur, hoc rebus naturalibus optime conne-
 cit, in ordine ad quas incedere potest, & nulla
 eum remo retur, liquidem cum nihil virtutis eius
 naturalis exceedat efficaciam: licet in quibusdam
 natura sibi refernauerit claves secreti sui: natura-
 lis, cum multa sint, qua quantumvis diligenter
 adlaboret, minime ramen ad eas possit perue-
 nire, nec eorum effectuum, qui in illis reperiun-
 tur, rationem causamque cognoscere veritatem
 in diuinis & supernaturaliis, ad aliud spectan-
 ribus hemisphaerii multo sublimius, ratio illi no-
 potest vel minimum auxiliari: sicut enim in illis
 oīdo inventur eius actiuitate superior, neque ad super-
 ad eius cognitorem efficaciam suam adferre na-
 turalem: sed aliam virtutem superiorum, qua illi indiger-
 etis proportionetur, eaque est fideli virtus, quae illi lumine
 haec proponit medio Dei verbo, hac illi omni-
 fidei: cui fidem adhibens, sequit submittens, &
 non aliter illa cogosceret: si non credideritis, non Isa. 7. 8.
 permaneatis: & ita cessat omnis velocitas in ratio-
 ne inueiligant, proprie verbam haec illi propo-
 dens. Sicut autem superioritas, dignitas & super-
 naturalitas diuinorum maxime emicas in SS.
 Sacramentis in quo ut videtur, totus se debet sub-
 iectare intellectus verbo Dei, hinc illi proponentis
 ita certa hic inquisitionis eius velocitas rationem Cui se
 indagans huius veritatis: quia illam tantum po-
 debet test adipeci, si simpliciter verbis Christi conuen-
 tiat hoc illi confirmantibus.

Plane admiror argumentum proposito conte-
 niens D. Chrysostomus, quo demonstrat quam simili-
 cit & sine villa disputatione recipiendum sit post me-
 terum Dei supernaturalia nobis proposens my-
 steriora, fideique nostrae diuinæ articulos. Patet, ins-
 quir, debet à seruo Domino suo obedientiam: unde
 supremo Domino supra debetur obedientia,
 & quamnam omnia haec illa nimis, quia nullus
 admittit.

V.
Ea obediens
tertius
Domino.

admittit disputationem, nullam contradictionem: si namque contadiictio repugnet obedientia: supra obediens nec hilum quidem patitur contradictionis. Hæc ea est quam servat intellectus omni relecta disputatione, credens id quod fides docet. Et quamvis verum sit quod in omnibus eius mysteis Deus se supremum probet. Nam, quoniam ad supremam compellat obedientiam & subjectionem, nihilominus in nullo magis quam in SS. Sacramento supremum suum manifestat dominum: etenim D. Paulus illum considerans hoc inservientem Sacramentum, eo non obstante, quod ante Christus officio functus fuerat servus illum nuncupat. Domine: Dominus Iesu: in qua nostra tradebatur. Quo significet, quod ut servi huius Domini supremam illi seruare debeamus, obedientiam, & subjectionem in hoc mysterio, & quo ostendit palamque facit, quantum sit Dominus omnium: quandoquidem ut talis suprematus dominus in creaturis suis, de substantia patnis, ac vni illud efficiens quod sine coniunctione institutione: unde in ipso intellectus nullam aliam habet obligationem præter eam, quam propria est servus ad Dominum suum: neque hanc, quam omnem verbo eius præstat obedientiam, omni velocietas sua submittens efficaciam verbo Chilli eiusque potentias: hoc illi proponens & assertans: nec enim potius utius habes iudicium quod seruus verum suum agnoscat dominum, quam si temora omni repugnantia præceptis illius obediat: quoctoce nullum habere possumus certius iudicium cognitiois huius SS. Mysterij, quam si perfecte nos ipsos fidei & ciborum Christi submittamus: tunc enim cum clarius cognoscemus, quod illi firmius credidimus.

VI.
Idcirco
Christus
in hac in-
stitutione
dicitur
Dom-
inus,
x. Cor. 11.
23.

Dilexide D. Basil. explanat verba illa Psalmi: Credidi proper quod locutus sum. Non à te pertinet, inquit hic, ut mysteria tibi à Deo proposita capias, nec illa intellectu tuo transmittas: vix vobis enim fundam pelagus illud haberet, quod pedes adeo exigui transirearent hoc tibi mandatum, ut simpercredas. In hoc immensam dei cognoscimus bonitatem qua nobis hanc præstat misericordiam, dum maxima sua nobis mysteria communicat, & preclarissimum omnium, Sacramentum. Tantam eorum noueris esse dignitatem, ut ea nobis sit impossibile, dum hac lucce fruimur, intelligere, essentque valde exigua, ut ea nosset posset intellectus comprehendere: promptam à nobis exigit obedientiam, & integrum Dei verbo subjectionem qua credamus, non autem dispuitemus, non velimus tantam comprehendere celum tuudem: unde hoc solum nobis præcipit ut sim-

pliceret credamus, non replicemus, non contradicamus: ut ita confirmatus constanter se intellectus postea in cognitione huius mysteij: in quo mandat Deus ut pedem figur sitaque creti velocitas intellectus ob verbi certitudinem hoc affirmans. Quod si Dei verbum perpetuum potuerit celos fundare firmatae, non a invia efficaciter opere ut sit, quo nostrum fieret intellectus in cognitione veritatis nobis in hoc proposita: nam quantumanus oculorum nostrorum lucem latet, in illa tamen possumus esse multa absque omni comparatione securiores, quam per illam quam oculi nostri in his visibilibus comprehendunt, si quidem nonnumquam vult Deus ut per certitudinem, quam de illis habemus, infernos multo maiorem quam possumus colligere ex spiritualibus, visibilibus & supernaturalibus.

In illo paralytico, quem testis D. Marthae VIII. Redemptor noster in pedes erexit speciosibus angulis & obliquis Phatnæis, clare potentie sua ratiocinatio testimonium, ut eorum ex toto concursum: quiesceret intellectus, eius potentie fidem testitudo suorum adhuc, qua polluit ad remittendam ipsius peccata: ita ut ex eo quod oculatice cogobebant, illos firmate voluerit in veritate spiritualis spiritualis perfrat, quam in dubium recesserat circa personam Christi: quo circa dum illos cognoscit interior detrahentes, eo quod paralyticus dixisset. Remittens ut illi peccata tua: ut illos in fide Marthæ solidaret, quod porrectare habetem remittendi peccata: hoc format illis argumentum: Ut autem scias quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralyticus: surge, velle locutus tuum, & vade in domum tuam. Ex vobis miraculo curandi paralyticum ipsa solvantibus & eum mirantibus, illorum voluntate confirmare intellectus in cognitione porrectari spiritualis, qua poterat peccata remittere. In SS. Sacramento tanta certissima prodigia ut humanus intellectus eorum considerans eminentiam virtutis naturali relictus ac viribus: nullo modo possit quiescere sibi que sicut vult, satisfacere etenim videre Dei magnitudinem totamque eius imminutam tam exigua conclusum quantitate habet, quam in minima eius particula; accidentia pauci ac viuis fine naturali suo subiecto, videtur quod in veritate conturbet moueantque tantum ratione naturalis eius discursus, ut se retrahat ostendat, & valde inuite illud cognoscat eo modo quo à Christo Cœdercrederunt proprieatis, quoniam quando Christus hoc propositus, ut dum esse multi confessi testi sunt auditorum: Durus est hic sermo. Vt cipitur in cognitione huius supernaturalis my-celiorum facili

Psal. 145.

In ps. 145.

VII.
Vnde nō
capienda
sed re-
denda
bonum
mysteria.

Dilexide D. Basil. explanat verba illa Psalmi: Credidi proper quod locutus sum. Non à te pertinet, inquit hic, ut mysteria tibi à Deo proposita capias, nec illa intellectu tuo transmittas: vix vobis enim fundam pelagus illud haberet, quod pedes adeo exigui transirearent hoc tibi mandatum, ut simpercredas. In hoc immensam dei cognoscimus bonitatem qua nobis hanc præstat misericordiam, dum maxima sua nobis mysteria communicat, & preclarissimum omnium, Sacramentum. Tantam eorum noueris esse dignitatem, ut ea nobis sit impossibile, dum hac lucce fruimur, intelligere, essentque valde exigua, ut ea nosset posset intellectus comprehendere: promptam à nobis exigit obedientiam, & integrum Dei verbo subjectionem qua credamus, non autem dispuitemus, non velimus tantam comprehendere celum tuudem: unde hoc solum nobis præcipit ut sim-

sterij possit confirmari ex verbo hoc sibi propo-
nentis eoque se firmum ac se curum in eius veri-
tate statuere, oculos coniiciat in huius cuiusdem
verbo potentiam, in eo declaratam quod de illo
fatur in creatione calorum, sciaque firmiter,
quod si verbum Dei seipso potens fuerit ad ca-
los in creatione solidandos, non minus efficax
esse debet quo nostrum confirmare i' collectum
in cognitione nouis creationis spiritualis, in hoc
SS. Sacramento, nempe Transubstantiatione pa-
nis in substantiam corporis ac sanguinis Do-
mini.

¶ 16. David de creatione calorum sic ait: *Verbo Deo-*
mni cali firmati sum. A: Incognitus: Intendit hic
Propheta Rex manifestare omnipotentiam Dei
in terrum omnium creatione, quodque in superiori-
tibus, nimirum, calis illam vi verbi sui decla-
raverit: Tanta enim potestatis est Deus, quid verbo
suo prodixit calum. Et ipsum firmatus sic, ut incor-
ripibile maneat in eternum. Si igitur in calis
quos videmus tantæ sit virtus eius verbum, ut
ille calos creauerit, ipsoque perpetua durat one-
firmauerit ab omni cessatione liberos, in creatione
spirituali transubstantiatione in SS. Sacra-
mento per virtutem verbi sui, nostrum potest fir-
mare intellectum, ut solidus consistat in fide ver-
bi Salvatoris, illi hoc proponentes: qui namque
potestate valuit ita constanter solidare calos istos,
cedere possumus quod potestate valeat qua hoc
confirmeret quod nobis assenerat in transubstan-
tiatione substantia & panis & vini in substian-
tionem corporis ac sanguinis suis hoc etenim eius
nobis verba declarant: Caro mea vere est cibus &
sanguis meus vere est potus. Quocirca quantumus
ratio naturalis hoc non comprehendat suis
confusa viribus, tamen quiescat, & à sua cetera ve-
locitas ob verbum Christi hoc illi confirmau-
tin.

¶ 17. SS. Sacramentum mysterium Dei est
eminentissimum, atque ut tale solis ser-
natur fidelibus, qui diuina collustrant
fide eius cognoscunt dignitatem.

Sepsius iam expediens diuinum hoc Sacra-
mentum proportionem habere non parvum
cum celesti gloria, que cum tanta sit vocat
illud D. Tho. *Exinde gloria pignus.* Vnde considerante
sunt in illis quibus hoc cōceditur, exdem
condiciones eorum quos Deus ad gloriam suam
praelegit: & quamvis verū sit, illis difficile posse
cognosci, tamen nobis ad consolationem quā dā-

eius signa Christus in S. eloquio constituit, ut no-
rat D. Bern. quæ sunt velut imagines ad connectu- *Ser. 1. de-*
randū, confideundū & certo quedam modo pra- *Septuag.*
noscendū, quis sit prædestinatus ad gloriam. Inter *& Ser. 1.*
alias, inquit D. Ber. una est quā Christus enume- *in Oita.*
rat agens de prædestinatis sub symbolo ouium: *Pasi-*
nam (interpreti D. Theodorato) solet homines *Ser. 1. de-*
delineare sub figura animalium: crudeles sym- *Prout.*
bolo leonum, altos & dolosos sub figura vul-
pius: bonos autem pacificos & simplices sub ty-
po ouium: *Oues mea vocem meam audiunt.* In hoc *Ioa. 10. 27.*
signo communī, multa includuntur particularia,

secundum variam in SS. litteris explicacionem I.
verbis: *Audire verbum Dei:* sed litteræ ea confor- *Signum*
mior est quam suggestio D. Basil expeditus vim prædesti-
nati: *Verbi: Audire: Vocem meam audiunt non disputant* nationis
neque discutunt. Oues, simplices sunt, & audita est audi-
voce pastoris, circa illam non disputant, utrum re verbu-
m debent manere vel progrexi, sed simpliciter Dei.

illā audiunt, ut obediant, & se subiiciant ei quod
per illam ipsi indicatur. q.d. *Oues meæ simili-*
cem vocis meæ feruunt obediuntiam, nec de illa
disputant, aut examini subiiciunt: statim integrā
ei fidem adhucit, eisque sola vocis fides suffi-
cit. Hoc vnu est signum electorum ad gloriam.
Hanc igitur habete nebes communicaturs,
promptam obediuntiam & simplicem ad Christi
verbum promptitudinem, afferentes hic adeste
corpus suum ac sanguinem, & perfectam subie-
ctionem fidei veritatem, quæ nobis in V. Sacra-
mento credenda præponitur, reiecta omni con-
tentione & disputatione.

Hoc mihi vi verum videtur, quod in opposi- II.
tione eius quod accidit in paradiſo circa arbo- Inde om-
rem illam, quam Deus primavis nostris interdi- ne malū.
xit parentibus statuerit in Ecclesia sua SS. Sacra-
mentum. In priori inde nobis omni manauit dā-
min, quod parentes nostri audientes Dei vocem
in paradiſo præcipientis ne de arbore illa come-
derent, sub pena mortis: illam ad tribunal traxe-
rint disputationis & examinis cum diabolo ab
illis querente: *Cur precepit vobis Deus, ne come-
dereis de fructu arboris illius?* Respondent illi:
abū hoc à nobis: *Ne forte moriamur.* Aperte tale
commentum: vnde moriemini? Cur hæc p̄t ex-
teris vos occidet? nulla huius offensur ratio, nec in
hac arbore quidquam p̄t reliquias est quod mor- III.
tem redoleat. Itaque ex non audita voce Dei, vel Simplic-
saltē inquisita huius ratione nostra prouent obedienc-
iæ tem perniciēs: acedat igitur fides ex oppositio-
ria necel-
to nos docens omne nostrum bonum oritum satia in
in Ecclesia ex auditu voce Christi, & simplici o- V. Sacra-
bidentia in SS. Sacramento, & nulla quaesta ra- mēto.

E tione,

tione, cur credere debat hic esse Deum: & vt, si-
c ut olim ob non auditam vocem Dei hac subiec-
tione & simplicitate parentes nostri paradiso
exterioris facti sunt; ita hic ob aditam vocem, ob
obedientio eius fidei, absque vila disputatione &
altera ione, admittamus ut fidelissimi Christi fi-
lii, quibus solis panis hic celestis afferatur. Glo-
ria electis tantummodo propria est, qui audi-
entes vocem Dei simpliciter & sine contradictione
illá sequuntur: itaque V. Eucharistia solis serua-
bitur fidibus, qui in Ecclesia simpliciter & nula
facta desuper inquisitione rationis quam eius
quod Christus hoc nobis affirmet perfectam ad-
hibent fidem praefactam eius vero ac distinxerit
sub his speciebus absconditam.

IV.
Duo
qua-
run-
tur circa
hoc my-
sterium.

Duo, at D. Aug. petete potest Christianus de
mysterijs diuinis illi à verbo Dei propositis. Pri-
mumq[ue] à ratione hec fidei mysteria intelligant,
nec enim illa comprehendendo? Secundum: quomodo
ea credam, cum non intelligam? Ad primum
respondeo: optime dicas: quod illa nequeas intel-
ligere, cum ea minime comprehendendas: sed ad se-
cundum dic non bene iufers: quomodo credam
quod non intellego? quia ut illa credas, non à te
petitur ut illa intelligas: quoniam idcirco à te
petitur ut ea si expliciter credas, quia non posse
intelligere dices (cā D. Aug.) quomodo fidei cre-
datur, quomodo istud capitur? Ad ne. duo respondes.
Quomodo capitur, recte dicas: quomodo credatur
non recte dicas: uno modo bene credatur, quia non capi-
tur nam si caperetur, non opus erat ut crederetur,
quia videbatur. Ideo credas quia non capis. Hoc tibi
notum sit: quod si velis inter oves Dei ad eam
gloriam electas animare: simplex obedientia
à te requiri ut & integræ Dei voti eiisque verbo
subiectio, quia tibi diuina sua proponit mysteria:
quod si velis illa prescrutari & rationem inqui-
rete ut illa capias, magis quam praefare obedientia
tiam vella credas: ab eorum numero eraderis
nec tibi regnum Dei caeleste seruabitur. Quod
si in V. Eucharistia rationem excusat, nec intel-
lectum tuum Christo verbo subiicias: scias ho-
tibi non custodiri: quod si hoc modo cum illo e-
geris, tibi ad nibilum redigetur respectu intellectus
tu: rationi naturali renunias, & lumen astu-
me supernaturale ac diuinum fidei hoc tibi pro-
ponen is, hoc etenim modo multam inde trahes
veritatem.

V.
Cato his
exanescit
V. Sacra-
mentum.

Nec hoc omnino singulare in Man-
na, figura huius SS. Sacramenti, proposito nostro
optime conueniens: quod expositum fidei lique-
fiebat in illar etate, & in nihilum resolutebatur in
i vesto, sed dabatur conservatur, & velut eum

calore coquebatur: tamquam portentum: nam
cum mollia & blanda vehementiori calore abu-
sta citius resolvantur & evanescant, & Manna Non.
a solis radios liquefieret: multo magis, quantum
sapio liqueficeret debuileret ad calorem ignis ipsi ap-
positum: quod autem hic fortius solvetur, ita re-
tinet nihilum evanescat: nihil aliud hic nobis
innuitur, quā quod SS. Sacramentū exposuit ca-
lori ignis amoris diuinū, & rationi supernaturali
fidei, solidum firmumque redditus intellectui
nostrō seu cognitioni: sic enim in illo patens
agnoscimus Dei magnitudinem: p[ro]prio expedit
radix luminis naturalis, id est soli nocti antele-
ctus, tibi inter manus evanescet: vt summan eum
nequeamus capere excellentiam & dignitatem, id est
est etenim mysterium theatri Dei maximam, &
& hoc solis suis referat electus: illis summis capi-
tibus qui simpliciter & sine vila disputatione vocem
eius audiunt: nam sicut illi tantum thea[trum] glo-
riae sue tradidit[ur] referuntur, ita his solis
hoc custodit[ur] Sacramentum: obedientia quippe &
subiectio fidei nos eius magnitudine reddit dig-
nissimos. Ita me docuit Ap[osto]l[us]: quando condicione
nem evanescit Ecclesia fidelium, quibus hoc era-
gatur Sacramentum: Est vox Dei, talis con-
ditionis, ut ad eius receptionem sollem debet
mus capi[re]re intellectum: Captivitatem in Cœ-
lestis filii Ecclesia congrue ad hoc disponit,
recipientes & admittentes verbum Dei ut sub-
iectio & resignatione nostrī intellectus, &
relinet illum captiuemus.

Quando quis in captivitate abripitur, dies illi
illi sunt: primum: pedibus illius fontes insi-
ciuntur compedes, ne fugiar, ne manus elab-
erantur; secundum: de tercia propria educitor exilii
et ram alienum, in qua non propriam sed omni-
no alienam audi[re] lingua & diversum placebit
natura. Haec duo confirmat David in Ioseph e[st]e
racia, dom[us] a fratribus venditur, sine melius et[er]nu-
t in captivitate redigendum: In seruam te P[ro]pt[er]a
namandatus est Ioseph primo namque illi pedes co-
stringuntur ferentes vi scelis: Humiliaverunt in
compedibus pedes eius, vbi mortandum verbum. Il. Prodig.
Iud. Humiliaverunt. Pedes prius soluti ac liberi ut subi-
quocumque vellet, proficiens posset, nunc detin-
ti sunt, humiliati, bieghi, & compeditus obe-
dientes. Secundo, de propria regione Chanaan
educationis, in Aegyptum trahitur, vbi lingua
quam paucum audirebat, nouum & ducens
a patre idiomatica addiscat: Ioseph ram invenerit in
terram Aegypti, linguam quam non noruerat audi-
bit. Captivus est noster intellectus, & subi-
ciendus

ciendis verbo Christi in SS. Sacramento, si eius desideremus vtilitatem Italia quippe sunt eius mysteria, ut ea capere luce naturali non possit: sed à voluntate capinandum & subigendum, ut himiter erat, quod ex lege nec videt, nec comprehendit. Unde primo ferreis compunatur obediētū: vinculus ad Christum verbum, quibus humilietur, subiectus & captivetur, ut libet discertere, diuagari quo libererit, non posse: sed in difensib; suis nō viles se protendat, quare secundum obediētū & resignationem huc diuino testimonio. Quod si in cognitione terrestrium & inferiorum aliquād admodum lente procedat, & non nisi tardet, tamen illi comprehendat, & mille adhuc exercitibus involuta, quemodo tanti Sacramenti cognoscet aliudnū, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor humanum potuit imaginari? Quid si quod Deus se in cibum committet, tradatque homini comedendum, nūq; vnuam tale quid cogitare? Difficile estimamus (ita Salomon) quād tera sunt & quād in prospētu sunt, inuenimus cum labore, que autem in cibis sunt, qui innavigabunt: Si pauci sit cœlestis, si Deus ipse sub speciebus latet Sacramentibus: quomodo illum sub his intelligamus? Si vilia haec nostri hemispherij non nisi summo labore & maxima cognoscimus difficultates qua ratione divina capiemus & cœlestia tanto illi superiora? Nicodemus ut erat in litteris apprime veratus & Princeps Synagogæ, sibi persuadebat se posse mysteria Deique Sacramenta intelligere, quoque haec à Christo sibi populariter proposi: & ad primum ingressum, de Baptismo ut de prima posta disputatione, hæretat: Quidam posuit haec fieri? Quid ageret si de sublimissimis sermone in inferre Sacramentis, quale est hoc Altaris Sacramentum?

In intellectu nostro audax est praesumptio: si ille qui in rebus supernaturalibus ac diuinis præsumit habere se peccipacem, in eorum cognitione maxime halucinatur? Quid remedij? Ininde hunc intellectu compedes, eius refrena disculpa, subiecte sapientiam, ut illum tanquam seruum humiliatum habebas & subiectum obediētū testimoniū Redemptoris, qui nec falli potest, nec fallere, cum sit primus veritas testimoniū: ut hos depremis seruitute, non possit libere volante discutendum suorum naturalium remijos: nam per hoc huius SS. Sacramenti cognoscet clare veritatem. Secundū: de terra propria ad alienam abducatur, ubi nouum audiat & addiscat idioma: Lingua quam nouo uocerat audiuit. De mundi subiecto opinione, eius omittat idioma: cum enim mysterium sit cœlestis, alia lingua videntur est

equus multum diversa. Lingua Sapientum huius Xf.
mundi ea est, ut ad effectū cognitionem proce- Nouum
damus per inquisitionem causarum, & ad ratio- oportet
nem revocemus: quo namque tempore ad hoc addi- cere
non acceditur, nemo iure vocandus est sapiens, idiomā.

Porro in hoc SS. Sacramento necesse est desil-
cete hoc idiomam ad eius intelligentiam, non
videntur est ratione: hac etenim illud nequit
comprehendere, sed sola fide & obedientia Verbo
Dei: hæc quippe est dispositio electorum Dei ad
gloriam: nam cum SS. Sacramento tantam ha-
beat, (ut prefati sumus) conformitatem: eadem re-
quiritur preparatio & obedientia verbo Christi
nobis hoc proponentis.

5. 19. *Filij sunt Dei illegitimi, qui in hoc mirabili Sacramento intellectum suum Christi verbo non subiiciunt.*

Hoc certum & infallibile est filiorum Dei 39 ¶
signum: prompta imitū obediētū & sum-
plex subiectio verbo Dei, quia sine dispu-
tatione aut oppositione credunt quidquid ei ver-
bo suo proponit, de reali ac vera presentia sua in
hoc SS. Sacramento: & econtra censori non pos-
sunt ut veri filii Dei, sed alieni & spurii, qui ab his I.
conditionibus deficiunt. Notū omnibus arbitrio: Jacob sig-
nificatos illos Iacob & Esau populu p̄esignasse nat ele-
la Iacob & Gentilem: hunc prædestinatū & ele-
tos, Esau Etū ad gratiam Evangelij illum vero reiectum reproba-
& ab illa reprobatum, atque in rebellionis sua ac tos.
inobedientia penam declaratum ut filium
Dei illegitimi. Hoc Deus matri Rebecce prag-
nati indicavit: *Dñe gentes sunt in vtero tuo, & dñe Gen. 25. 23*
populi ex ventre tuo dividuntur. Verba haec à D. 1. 2. Rom. 9.
congruenter explicantur. Si à Deo requiramus
quas vterque habitus sit cōditiones, respondeat:
populus prædestinatus, & vi filius venus obediētū
præfulget voci suā adeo simplici, ut hac an-
dita confitit sine replica, dubitatione & conté-
tione sit acquieturus: *Populus quem non cognovit Ps. 17. 45.*
seruissimū mbi, in austera auris obediens mbi. Supre-
mam mihi præstitutobedientiam & verbo meo
subiectiōnem, atque in hoc Deus maxime se Do-
minus ostendit, quod euidentissime in SS. Sacra-
mento conspicimus.

E 2 II
cellorum 11. 151.

cessorū suorū in hæretens vestigij, qui semper Dei verbi s' obsecratabat, nec credebat in irabilibus eius Ps. 17. 45. sed & apergitus defecitus maculâ. *Ely alieni mētiti sunt mihi, inuicti sunt.* Sic eos describit D.

Ier. 10. 2. Ioan Christum circumstantes: *Circumderunt eum Iudei & dicebant ei: Quoniam anima nostra est sol.* *Si tu es Christus dic nobis pala?* Quibus Christus respondit: *Iam miles vestris dixi, & semper verbis meis mouit questionis, quia manifeste ostendit is vos non esse ex oibis meis: nam si tales essetis, vnicum verbum à me prolatum ad fidem*

Cap. 40. sufficeret: *Loquor vobis & non credatis &c. quia nō es tu ex oibis meis.* Nemo nō miratus periecat

Iudei cū in contradicendo verbis Christi corū contentio Esau re-

nē quando ilis afferat quis sit, obiecunt, nō tene-

probatur, mur ibi credere & quare? Tu de te ipso testimoniū

perhibes, testimoniū tuum non est verū. Miracula

polunt in confirmatione huius concessis verba quæ-

runt quibus hoc ipius periebat: Si tu es Christus

dic nobis pala? quādo operibus comprobabat, ver-

ba exigebat, & his prolatu ad opera rursum cō-

fugiebat: Circumderunt eum, ait D. Ioa. veri um-

i. Reg. 23. hoc: *Circumdat nō potest sumptu significat animo*

honesti corona cingere: eo scilicet de Sauli dicti-

tur quod David cinxerit in medium coronæ: quin-

modo & ipse Salvador de Romanis Hierusalem ob-

Luc. 13. 43. testimoniū, ait: *Venient inimici vestri & circumdabunt te*

vallo. Accedunt Iudei Christum anima hostili ut

illi se opponant, & verbis illius non acquiescant:

hæ sunt conditions filii alieni & à Deo rejectis

propria, ut se verbis Christi demonstrent esse re-

tractatores.

IV. Ille igitur qui in hoc divino Sacramento ali-
quā ostendenter rebellio, è parvamque verbo Chri-
sti subiectiōnē nobis hoc proponentes, vestigij
repug-
nantes.

Similiter & fidei subiectiōnē nobis hoc proponentes, vestigij
insistens populi à Deo reprobari, tempe Iudaici, se
indirecūt ipurū, reprobatū & illegitimi. Pro-
pontillis Redemptor noster mysterium SS. Sa-
cramenti, omnesque in medium profiliunt dubiu-
objicentes doctrinā illius: *Quomodo potest hic*

nobis carnem suam dare ad manducandum? Tales

qui tam acriter se Christi opponunt veritati ad-

versantes, suis non annumerat: solum quippe illi sunt

eius qui audi o verbo illius absque vila contradic-
tione, replica & obiectio, illud sequuntur: ob-
edientia namque verbo Dei: conditions filiorum

eius manifestat: *In auditu ovis obediunt mihi,* re-

pugnantia vero eisdem testera est reprobatorum.

V. Puerulus nota est Samuelis cū Reges ante le-

Saul non mocinatio. Præcipit illi Samuel ex ore Dei ve-

tit Deo confitio, exercete copioso oppugnat Amaleci-

obedientias, eas, enclita internectione deleret, nemini patceret,

nec iumentis, nec hominibus, nec subdibus nec ipsi

Regi. Audiuit verba hæc Saul, nac tamē impleri, pinguiora referuauit armata, gregesque omnes, imo & ipsi Regi vitam condonauit. Accedit Propheta, Regē interrogat: *Quare non ausisti vocem Domini?* Quis ille nominis meo detractoribus est? Imo audiri: Aberras o Rex, inquit Samuel, etenim audire verbum Dei, Deo ipso doctore, est illi simpliciter obedire, cū autē hoc noui ha perficeris, nō audisti vocem Domini: filius tu iudicis & iuge uerbo probatus. Eadem phrasis vñis est Deus qui per prophetam suum cōtra populum suum expulsa, illegitimi & reictū, quod illi fuerit indeclusus. Non audis populus meus vocē meā, etenim ea ī se nolle verbo subiecte, contradicere & refra-
gari, reprobatorum est damnata conditio. Si hoc Homo te eris, inquit D. Chrysoſt, quis illius lignum ī Ipel agetis nec veri filii? Dei commandem eti ligate, homo Domino supremo exhibenda est obedientia, quia ut illam admittit obiectiōnem, omnis regis dubitationem, & examen eius quod preparauit.

Hinc originem sumptus eodem Doctor te p̄stante, grave illud supplicium quo Deus vitam quendam punivit. Accedit illum Prophetas: *Dicit propheta: Quia ei in sermone Domini percussus erit.* Et sic etiā V. cuiusdam stratagemat à Deo praestitū: ut ex parte Ne obdierat fieri. Replicit ille: quid inde comodi, quod ex parte percūtiā, caputque pugno distingam? ubi pugnaciam: hoc examini iam ita fieri conuenit, nisi exāmo ego in hoc faciat iniustizias causam intencionis ut fecero. Siccine, replicat Vates Dei præceptiōibus, exēs examini, nullatenus sit. Hoc ita, vītū compertum: ut Deus ut filium abortuum & reprobatorum puniet, nec vt quid suum admittet, vide: *Quis audire voluisti vocem Domini, ecce recolleris & percussus es te le;* & factum est ita percussus cum leo & discerpit. *Nos verbum;* nullus audire vōrem Dominiq. d. quis verbum Domini simpliciter non audiuit, sed illud dilexere malū, illi non obediens, hoc noueris, ager tecum Deus non vt pater tuus benignus, sed vt seuerus inter, qui à gratia sua verbo tuo refragans & exhortans fructuatem procul repellitque manuque filii sunt legitimi. Deoque proprijs sicut eius non exāmo veritatem vt ei credant, sic nec iustitiam vt exāmo perfriciant. Alium accedit, idemque inmiti. Dei voluntas est ut mini caput pugno contundat ille nulla interposita morte, nulla præmissa præcepti discussione, vultus illi gravissimum induat, ex quo crux effluit copiosus, turbans non modice perennitor, ac solatior cū Prophetas, qui tuis esto & securus, salua sunt tibi omnia, namque Deus vi suum exciperet, quandoquidem simpliciter vocis illius obediuit. *In suis à Deo Propheta percūti-*

(scilicet D. Chrysostom.) quandoquidem quod illi res tatem idque certissime: *Omnis hominem natura abienda videretur, curiosus de ea periculatus est sua scire desiderat: Philoſophus: ut autem A-*
ſtſimiliter non patrit, penas extemas dicit: peneſor autem probatus eſt. Qui ſimpliſter non obedit, led contumaciter refutat, ab ipſo reſpu-
nit expiuit, & ab hereditate veroris eius filiorum in dignus expellit, a que ad penas damnatur ſempiternas: led qui ſimpliſter preceptaque obe-
dientia, nulla facta diſſuſione verbo illius obedit, hanc ut filium affumit legitimiſ, ſuumque excipit.

Ece, inquit, qualiter Abraham ut verus Dei filius ſimpliſter & caue obedientia ſe diuino verbo ſubiecit, nec moras trahat nec examinet, nec objetat diſſuſione vel vincam ex tot que ſe offeret, ſtatimque exilia ſuorum immolaturus: nam Non curſe de mandato Iefiſatus eſt, fed ſub eius dignitate perſonā, mandatum dumtaxat adiuit. Dignitatem ac maiestatem eius attendebat ſibi loqueutis nempe Dei, cui ut supremo Domino, ſuprema debetur obedientia: & quia hoc illi debitor agnoscet, indubitanter incurvantur, nec diſſuſilier illi obedit. Credimus diſſuſile valetur inſtantiae fieri transmutationem ſubstantie panis in ſubstantiam corporis Christi in hoc SS. Sacramento: aueque in illo totum eſt illi Deum, tota ſua magnitudine immenſum, nec idcirco minus reſpondeat ad dexteram Dei Patris in celo: quia non leuiores hic occurunt diſſuſiles quam in ſacrificio Abrahæ, & percuſſione Prophetæ. Porro ſi nos oſtendere voluerimus legimus Dei filios, eorum exemplo, audire debemus Verbum Christi nobis hoc aſtentis, nec attendere diſſuſilitas a ratione propositis, ſed Dei maiestati cum cuius ſit ſupremi Domini maiestas, ſupremam ei debemus obedientiam, ſicut in fine examinatione, ubiſuſionem fine contradictione, & auſtoritatem fine rationis inquisitione: etenim hoc nisi feceris, verbaque eius auditis, de genio eiusdem filiorum Dei, ut alter Saul, popul Iudaicus, atque ille, qui mihi prius Dei præceptum examinans percutiēre voluit Prophetam, hec illi ex Dei nomine hoc præcipiēti.

¶ 20. *Dens ipſe in V. Sacramento nos in to-*
certo, ducit, in illo nobis loquens, ut olim
filii Israel in columnā eos comitantur.

Ognominat D. Paul. Ecclesiam columnam & firmamentum veritatis, ut tota ſe-
- curitate veritatem in illa requireremus: Hoc tibi ſcribo, fili Timothee, ut ſcias quomodo te
- erpetat conuersari in domo Dei, que eſt Eccleſia Dei riuſi, columnā & firmamentum veri-
-tatis. Hoc vnde optare homines nobiscere veritatem.

Inſignes plane titulos adscribit Apoſt. Eccleſia: primo appella illam domum Dei: *Domus Eccleſia.* De qua in illa Deus velut in domo propria ha- dicetur: hic Deus velut in proprio throno maieſta ſis domus ſua ac magistrinus reſidet in SS. Sacramento, Dei quod intra portas rautum Eccleſia colitur, & in illa conſecratur divina Christi virtute Sacerdotibus communicata, tanquam legitima Dei miniftris. Magnificat Spiritus S. innenfam Dei erga homines misericordiam, cui non fatis fuit illi co- dere ciuitatem hanc mundi adeo ſpatio ſa n, for- malam & magnam, inſuper & ipſe venit illam inabiturus, domumque ſuam in illa eternurus, nempe Eccleſia, ut cum hominibus mora- retur concius: ut vero hinc eo migrante ad Partem, eius non deſſerit illis ſocietas, diu- num hoc iuſtituit Sacramentum, in quo taliter cum illis remaneret, ut tamen hoc gaudio non priuaretur, quo ad dexteram Patris eſſet aſcenſus. Machina hauc ingentem mundi condidit, celos ſtellis ſuis adornauit, terram arboribus ac fontibus, montes alitudo, aquas piceib, æra volucribus. Et quia haec omnia eo tendebant ut habitaret cum hominibus: *Delicia mea eſſe cum Propterea 9. 12.*
filis hominum; propoliuit edificare in hac ciuitate domum ſibi propriam, ut proprium habitaculum, & hoc qua intentione? Ut homo certe in hac domo habitare Deum certo ſibi perfuadet in illa inuentum ſe veritatem: vbi namque Deus inabitat nullum potest accedunt habere mendacium: *Sapiens edificauit ſibi domum.* Qua- nam eft haec domus? Eam quam Apoſt. inunciat *Domum Dei, que eſt Eccleſia Dei riuſi.* Eccleſia Catholica eft domus firma, in qua veritas ſolidas habet radices, quod ſi per eam aſcendatur in celum, ſupponit quod haec ſit domus verita- tis, indubitanter per eam nobis eo eft aſcenda- dum. Quinimo hoc expertus Jacob, quando in ſomno illo mysterio ſcalam illam coniuxit, per quam patebat via in celum, & deſcendebat inde Angeli, exclamauit: *Vere Dominus eſt in celo Gen. 28. 13.* Iſto: vere non eſt hic aliud nisi domus Dei Gen. 28. 19.

B. 3. Deus

II.
Et conse-
quenter
domus
veritatis.

Lab. I.
Stron.

III.
Dicitur
etiam co-
lumna.

Eccles. 14.
25.

IV.
Meta-
phora de-
haculo
ingerans.

Deus in illa resideat quasi in proprio loco, certissime domus illius est, & domus Dei, quia dominus Dei, quia domus est veritatis: est porta per quam ascensio in celum, unde hic est Ecclesiasticum per illam ascendens nos oporteat in celum: quia verissime nisi in illam intremus, non est quod celo frui nos posse confidamus. Hoc igitur tota certitudine veritatem complectitur tam ac securam, ac proinde nominetur *Columna & firmamentum veritatis*.

D. Clem. Alex. columnam ait significare apud omnes nationes firmitatem: unde nominilli perpetuae studentes nominis sui memoriae, columnam erigebant. Ecclesia columna est solida: quia in illa veritas firma est & constans: in illa veritas conferuntur, docentur, defenduntur, & tandem in ea Deus hominibus cognitionem insinuit veritatem: que utroque supernaturalis & divina illos instruit medio diuinæ sua reuelationis, vel determinatione Ecclesie per caput suum summum Pontificem, & SS. Doctores explicata. Vnde nisi dicamus Ecclesiam dici columnam, quia consistit in medio eius SS. Sacramentum, vna ex septem illis columnis, & pricipua septem nimirum Sacramentis quae Christus in illa instituit eam significatur. Vnde omnem illi adicribimus titulum ex parte principali eam institutam, ut lolemus hominibus dare titulos animarum: quia anima in illis pars est principalis: omnia vero in Ecclesia columna principialis illam sustentans est SS. Sacramentum, ideo nuncupamus Ecclesia columnam, & Deo in illa loquente qui prima est veritas, nomen illi assignavimus. *Columna & firmamentum veritatis*.

De vero sapiente qui perfectam ostine cognitionem dixit Spiritus S. ut secute ruitque predicatorum baculum domus sive pariesibus inficit. In pariesibus illius figura palum. Baculus quo peregrinus homo in cælestem tendit cinitatem, est intellectus: quia cum per illum incusat mediane cognitionem veritatis, quantum pertinet ad intellectum, idcirco dicitur baculum eius. Si summumq[ue] estumque querat dicens, pariesibus inficit. Ecclesia baculum iusfigat, eius columnam, septem scilicet Sacramentis, quae hoc efficiunt in Ecclesia quod paries in domo, illam principaliori infigat Sacramento, nimirum Altaris, ex quo gratia emanat, quam reliqua predecent, & hoc modo totam certamque carpet ad celum viam. Cum enim in illo nobis Deus loquatur & inquit, ipsa prima veritas, quæ nos nequit fallere, certius per hoc tutissime ambulamus quo ad Deum pertingamus. Ut opinor alludit Apost.

ad summum illud beneficium quo Deus populum suum in terram tendente promulgas praevenit: etenim propter viatum difficultatem per deserta gradiebantur oblitera, non inata, & invia, mille colubris, serpentibus, diaboli bus periculosa; in quibus si populus aliquis occiteret, populus erat inimicus & fraudulator, qui ablit ut in viam illos dirigeret redditum, simper ergo columnam mylicam, p[ro]pt[er] procuravit: que noctis ut ignis illuminabat & calefa: iebat emula impervias noctis umbras tenebras, & ignis nocturnam de die vero ut nubes apparebat ab ardorebus solis, lique radibus illos protegebat ut imberculum. Columna oculis eorum exposuit visibilem, omnibus conspicuum: atque in illa Deus ipse inimicis resilebat, ex illa loquebatur, docebat, fecit, proponebat veritatem, in ordine ad viam & occurrentes occasiones: *In columna nobis resiliuntur ad eos*. Non nisi corporalem videtur illa columnam, portio propriae accedentes & videntes quod illis dicebat, cognoscebant in illa esse ipsum Deum invisibilem, p[ro]pt[er] loquendum vnde sibi certissime persuadebant, quod hanc loquentes prouiam a recto delitare non possent. Haec est Ecclesia Catholica, columna immobilia SS. Sacramentorum: *Columna veritatis*. Intercedens Deus per viam ducere veritatis ad terram promulgationis glorias, sed dicit nos per hunc medium: hic enim nobis illam per fidem propoundit & per fidem vult ad illam ambulennus. *Per fidem & Corp[us] ambulamus*. Mundus hic velut quedam determinat in veritate, non tritum, imperium: eo quod parum admodum de illa in mundo tractatur: abundat mille serpentibus, repilis immundis ac bufoibus, diversis leviibus herib[us] in illo exurgentibus: quarum singulae vel holles inferni & fallaces nos conuant in preceps ager per quod illos sequentes a celo utamur deviamus.

His opportunum statuit Deus remedium colluviam nam hanc mysticam SS. Sacramentorum in culpe reuebris ignis elyptem luce, sua non illuminat ut de illa egrediamur, & igne dimicemus, qui in eo excellerit, nos calefacit quo fagus pellit, & culparum nostrarum reptilias incalefecit. In die vero status gratiae velut nobis nos protegit ab ardoribus appetitus nostrorum & concupiscentiarum. Hanc cædem columnam statuit Deus humanis oculis visiblemente etenim corporeis nostris oculis species certas sacramentales ita in illo resplendentes: hic de columna industria & permanenter residet Deus, qui thun-

et in quo nobis eius innoscit maiestas & excellentia; ex illo nobis loquitur Christus quippe nobis hoc alleluia: *Caro mea vere est cibus.* Species videmus panis ac vini, sed fidei instruti accedentes ad hoc Sacramentum, eique per hanc supernaturalem appropinquantes cognitionem, intelligimus Christum esse Dominum sub his intencione p̄cipiebus, qui velut celestis quadam Magister nos veritatem docet in se huius mysterij, & per hanc dum scimus hanc vitam esse dispositionem ad gloriam, nobis compertum est, quod illam sequentes recta eo tendamus, illam formis aberrandi, cum enim Deus illam nobis et haec domini demonstrat columnam, nec falli possit aut fallere, & ita securi eius luce

quæ est fidei, p̄ obsecisci possumus; & hæc autem si des in hoc SS. Sacramento maxime declaratur. Ut enim Sacramentum est ceteris eminentius, necessario requiritur ut in illo expressius aliorum eminet cognitio, quam ea quam per fidem de reliquo Dei p̄cipimus mysterij eiusque etiam excellentia clarissima pateat in hoc quod in eo magis nobis necessaria sit fides ad eius cognitionem: quia sicut per illam ad Deum tendimus, tautò secutus in via progredimur, quanto splendidius fidei lumine nobis illocelit. Nec dubites, si de namque huius SS. Sacramenti, patrocinante divina gratia, ac claram perueniemus. Dei cognitionem in gloria. *Ad quam nos perducat Dominus noster Iesus Christus: Amen.*

HOMILIA II.

DE DIVINO CIBO QVEM NOBIS

DEVS TRIBUIT IN HOC SS. SACRAMENTO.

Caro mea vere est cibus, &c. Ioan. 6.

Resquam lumine fidei collustrati cognoscimus huius excelestiam Sacramenti & necessitatem qua premior ad illius receptionem: non erit difficile huius coniuncti explicare magnitudinem, summaque delicias quibus Deus nos recessit illud nobis exhibens in cibum: quanto tanta cognitio beneficj augeat in nobis erga illud gratitudinem, non solque affectus ille fruenda quandoquidem in illo abundantiam habeamus bonorumque euangelium nobis oblatum: et cum ut celestis cibus terrenis omnibus delicijs conseruerit imperfectionibus non subiacebit tetrandum deliciarum: etenim quæcumque nobis offeruntur deliciae & quantumcumque sapientia, quanto his magis pascimur, tanto maleam patrem gravorem nolque commouere: poterant hic celestis in gusto & deliciois quibus nos affectivæ de hinc sunt ex ipsa Dei substantia progressa, quanto magis in hoc Sacramento illi sumimus: Omne finitum per subversionem, finitas boni ministrari. Bonus igitur his si contra ponatur illa, finiti, que Deus in SS. nobis tribuit Sacramento, nemo dubitat quin contrarias sint habitus proprietates, vt quanto magis illis subtrahimus, tanto magis crecent & augeantur amplius: ita vt quantumcumque ferueat desiderium, & perficit gaudium redandet, semper ramen nobis plura superfluit opranda: quia plura nobis bona plusque deficit in hoc celesti cibo superant obtinenda.

quam eius nobis gratia communicat, tanto crescit amplius bonitatem eius cognitio nouum quæ illud possidendi desiderium: quia quantumcumque ex illis possidemus nobisque sumimus, cum bona thesauri sint infiniti non evanescunt: sed quantumcumque licet inardefeat nostrum desiderium, nostrumque in abundantia eius profissionis gaudium, si cum gaudio desiderium augatur, communicatione horum bonorum augeretur simili: et eius abundantia: nam dato quod tribuat in contrapositione bonorum finitorum, conditiones oportet ut habeant ijs. contrarias, quibus bona finita finuntur.

Dixit Aristoteles hoc proprium esse bonis finitis, vt semper eo modo decreciant quo illa Proprietas sumimus: *Omne finitum per subversionem, finitas boni ministrari.* Bonus igitur his si contra ponatur illa, finiti, que Deus in SS. nobis tribuit Sacramento, nemo dubitat quin contrarias sint habitus proprietates, vt quanto magis illis subtrahimus, tanto magis crecent & augeantur amplius: ita vt quantumcumque ferueat desiderium, & perficit gaudium redandet, semper ramen nobis plura superfluit opranda: quia plura nobis bona plusque deficit in hoc celesti cibo superant obtinenda.

Prima